



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 37. Ladislai adolescentis Hungariæ ac Bohemiæ Regis obitus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV. cis literis destitutus, Archiepiscopum ta-
 A. C. 1457. men agebat, cum frequenti, eoque hære-
 tico Hussitarum Clero obviam venit, ipsi
 de felici in Regnum suum reditu gratu-
 laturus. Ladislaus, cum hæreticorum
 perfidiam tolerare haud posset, Archie-
 piscopum severo, molestoque vultu exce-
 pit, ac sibi ejusdem præsentiam mini-
 me acceptam esse, satis manifeste osten-
 dit, eumque forte nequidem aspectu di-
 gnatus fuisset, nisi illum Podiebracius hac
 de re admonuisset, quem offendere time-
 bat Ladislaus, eoquod penes illum eo
 tempore summa regni potestas esset. Cum
 vero Presbyteri Catholici Regi occurre-
 rent, eos benigno, blandoque vultu ex-
 cepit, ac defixis in illos oculis dixit:
Hos ego Dei Ministros agnosco, ac veneror.
 Rochitana, qui unacum suis Hussitis ho-
 noris, quem Rex Catholicis exhibuit, o-
 culatus testis erat, conceptam animi in-
 dignationem ægre suppresserat, jamque
 tunc præfagiebat, quod nullus Regis
 gratiam sibi polliceri posset, nisi qui Reli-
 gioni orthodoxæ, ac Majorum suorum fi-
 dei adhæreret.

§. XXXVII.

*Ladislai adolescentis, Hungariæ ac Bo-
 hemicæ Regis obitus.*

Bonfin. lib. 3. dec. 8. ENIMVERO Ladislaus ipsa Religione nil
 antiquius cordi habuit, ut vero rem
 ad

ad optatum deduceret exitum, sua cum Legato contulit consilia, quibus magis pro-
 videri, magisque orthodoxa ab utriusque
 sapientia, & fidei fervore haud desidera-
 ri poterant. Verum præmaturus adole-
 scentis Regis obitus optimos hosce in-
 genii ac pietatis sensus sefellit; Ladis-
 laus enim propinato veneno nonnisi duo-
 deviginti annos natus, circa finem Mensis
 Novembris e vivis ereptus est. Ejus
 corpus in Choro Ecclesiæ Metropolitanæ
 Pragensis in monumento Proavi sui Ca-
 roli VI. sepultum quiescit. Violenta il-
 lius mors crimini datur duobus Hussiticæ
 factionis Principibus, aut saltem uni eo-
 rum: hi autem erant Rochisana, & Po-
 diebracius, quorum prior sectæ suæ se-
 curitati consulere, alter vero Regni ad-
 ministrationem sibi asserere studebat.
 Præferant enim ambo, de consiliis, re-
 busque suis conclamatum esse, quam-
 diu summa rerum potiretur talis, tantus-
 que Princeps, qui divini Numinis favore
 cunctis dotibus, quæ ad Regis omnibus
 numeris absoluti gloriam necessariæ sunt,
 decoratus erat, necnon a perversis eo-
 rum doctrinis tantopere alienum præ-
 monstraverat animum.

Funesta hujus mortis fama in Gal-
 lias delata est, cum Regia Sponsa jamjam
 sese itineri accingeret. Bohemiam peti-
 tura. Legati non minus, quam Regalis
 Franciæ

Sæcul. XV.

A.C. 1457.

Æn. Sylv.

hist. Boh cap.

69. 70. & 71.

Michov. l. 4.

cap 67.

Aneas de

moribus &

cond. Germ.

Sæcul. XV. Franciæ Aula summo moerore affecti, im-
A C. 1457. petrata a Rege abeundi venia Lutetias
 Parisiorum contendunt, ubi ab Augensi
 & Armeniaco Comitibus die octava Ja-
 nuarii Anni sequentis honorifice exci-
 piebantur, ibidemque solemnibus inte-
 rerant exequiis, quas in Ecclesia Beatae
 Virginis Mariæ Rex pro defuncti Regis
 anima celebrari iussit. His absolutis Le-
 gati iter suum prosecuti sunt. Ceteri o-
 ratores, qui in Germaniam decreti fue-
 rant, ut Imperatoris animum ad acce-
 ptandas pacis conditiones inclinarent,
 necnon de belli sacri negotio cum Calli-
 sto Papa conferrent, nova mandata ex-
 pectare cogebantur, edocendi, quid in
 hac rerum vicissitudine ipsis agendum
 esset. Spondanus, qui Matthiam Hunia-
 dis Filium a Ladislao Viennam dedu-
 ctum affirmat, testatum fecit, quod is eo-
 dem, quo Hungariæ Rex obiit, die
 Vienna Pragam captivus fuerit perdu-
 ctus, & a Podiebracio Regni Bohemiæ
 Governatore, cujus custodiæ tradebatur,
 tandem in carcere detentus manserit, do-
 nec ipse ad Regni solium evectus esset,
 quod etiam paulo post conscendit.

Spondan.
 contin. ad
 hunc ann.
 1457. n. 10.

§. XXXVIII.

*Joannes Lusitanicæ Regis Patruelis
 mortuus.*

Eodem hoc anno Joannes Regis Lusita-
 ni

ni Patruelis, atque Jacobi Cardinalis Ne-
 pos fatis cessit, quem per nutricem He-
 lenæ Cypri Reginae veneno extinctum
 nonnulli referunt. Hæc ipsa Regina de-
 functo Marito suo, secundis nuptiis Lu-
 dovico Ducis Sabaudiaë Filio copulata
 est. Discimus quorumdam Scriptorum
 fide, quod summus Pontifex, sinistro li-
 cet successu, in id incubuerit, ut inter vi-
 duam hanc, & Petrum de Borgia suum
 Nepotem Patrimonii S. Petri Gubernato-
 rem connubium conciliaret, eo consi-
 lio, ut hunc in Cyprii regni solio subli-
 mem cernere posset, hunc in finem quem-
 dam S. Augustini Alumnum in hanc In-
 sulam legasse, ast in vanum laborasse di-
 citur. Enimvero Callistum propinquis
 ad honorum apices provehendis vehe-
 mentius, quam ejus ætas, & sancta quam
 gerebat, dignitas, paterentur, incubuisse
 constat: Ast id ipsum maximam ipsi la-
 bem inuffit.

§. XXXIX.

*Francisci Foscarì antiqui Venetorum
 Ducis obitus.*

Hic idem annus Venetorum Reipubli-
 cæ sat funestus accidit, ob mortem di-
 gnissimi Viri Francisci Foscarì, qui defuncto
 Thoma Mocenigo Anno supra millesimum
 quadringentesimo vigesimo tertio in Du-
Histor. Eccles. Tom. XXVIII. Kk cem

Sæcul. XV.
 A. C. 1457.

*Æn. Sylv.
 Europ. c. 50.*